

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 19. Præter dicta capite præcedenti, matrimonium præcedere  
debent tres proclamationes, seu denuntiationes, ,ulgò banna.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

tandam fornicationem, juxta illud Apostoli, propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, &c. Et hic finis excusat, dum concupiscentia carnalis ad propagande prolis redigitur honestatem, dumque concupiscentia carnalis etiam temperat parentalis affectus, denique dum eidem concupiscentiae exequita copula conceditur ad debitum reddendum, uti S. Augustinum adivimus exponentem.

76 Tertius finis est, diversi sexta mutua expedita societas, mutui auxilii pro conciliata, ut alter, alterius ope adjutus, vita incommoda facilius ferre, & senectus imbecillitatem sustentare queat, uti cum S. Carolo ait Catechismus Romanus. Ethic finis est bonus, sed, ut bene intendatur, à charitate imperari debet, ad Deumque referri, prout iunxit Augustinus supra n. 73, ibi: *viget tamen ordo caritatis.* Et hanc praecepit intendere debent, qui in ea estate matrimonium inire volunt, in qua filios se procreare non posse sciunt, prout Auguſtinus ibidem.

77 Denique tunc sunt intentionis restitudinem ostendunt, qui nubere volunt, si in eo vel in ea, quem vel quam ducere volunt, non tam terrenas opes, corporis pulchritudinem, vel aliud simile motuum terrenum confiderent, quam opes & pulchritudinem animi. *Fallax quippe gratia, & vanus est pulchritudo corporis: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.* Prov. 31. Et gratia super gratias, mulier sancta & pudorata. Eccli. 26. Et qui inventi mulierem bonam, inventi bonum. Prov. 28. Juvabit pro oculis habere hosce Poëtae versus:

*Quae tibi ducenda est, habeat P. quinque puella.  
Sit Pia, sit Prudens, Pulchra, Pudica, Proba.*

#### C A P U T X I X.

Præter dicta capite precedentem, matrimonium præcedere debent tres proclamationes, seu denuntiationes, vulgo banna.

78 Quia sic statutum est in Concilio Lateranensi, sub Innocente III. cap. 51. Et in Tridentino ref. 24 de reform. matrim. c. 1. præscribitur, ut, antequam matrimonium ineat, per aproprio contrahentium Parochio, vel alio Sacerdote, de ejus licentia, tribus continuis festis diesbus (id est nullo feste interruptu) in Ecclesia, inter Missarum solemnia publicè denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum. Verba sunt Tridentini loco citato. Idque iudicium statutum est, ut impedimenta matrimonii, si que sint inter partes, Ecclesiæ innotescant, foliisque illæ personæ conjugantur, quas legitimas esse conffiterit. Et id est si contrahentes diversarum sint Parochiarum, proclamationes faciendo sunt in Parochia utriusque, juxta declarationem S. Congregationis Cardinalium. Aliæ impedimenta sufficienter cognosci nequeunt. Atque ita Paulum V. in Rituali decrivelis, referit Christopherus Marcellus.

79 Factis proclamationibus, si nullum legitimum oponatur impedimentum, statim ad matrimonii celebrationem procedi potest. Sed si impedimenti probabilitas apparet conjectura, matrimonium expressè interdicendum est, donec de rei veritate manifestis conffiterit documentis, cap. *cum inhibitu de clandest. desponsat.*

80 Porro ad Episcopum, ejusque Vicarium spectat dispensatio super proclamationibus istis. Ut potest quas Ordinariorum prudentia & judicio Tridentinorum supra committit, nimis rur ut judicet, manu expediat, ut una tantum proclamation ante matrimonium fiat, vel post illum celebrationem, ante consummationem proclamationes in Ecclesia sint, sive etiam ut dictæ proclamationes remigantur.

Hoc ipso vero quod earum remissionem Epis. 81 copi judicio & prudentia committit, satis inuit, requiri justam causam ad dispensandum. Neque enim prudens est dispensatio, sed eruditissima dissipatione (ut S. Bernardus ait) nisi causa justa inatur. Causa autem sunt, sequentes.

1º. si probabilis fuerit suspicio, matrimonium, vel matrimonii usum fraudibus injulis, vel maleficiis malitiosè impediendi posse.

2º. si proclamationes fieri nequeant absque notabili infamia, scandalo, aliove notabili incommodo, ut dum femina partum de proximo praefolatur, vel periculum est relapsa in peccatum, vel gravium rixarum, odiorum, &c. inter consanguineos, vel corrivales.

3º. si inler tempus Adventus, vel Quadra. 84 genua, quo nuptia interceduntur. Hanc causam approbat S. Congregatio Concilii Trident. apud Zerolam in præl. Episcop. verbo *matrimonium dub.* 9. Sed S. Carolus Borromeus cum Concilio V. Mediolanensi improbat p. 3. tit. que ad matrimonium pertinet.

4º. si periculum sit, ne compartis animus, divisione matrimonio, ex innata levitate, vel aliorum fuatione immutetur.

5º. ut proles, statim nascitura, legitimeetur. 86 6º. quoties disparitas conditions, vel divitia. 87 rum, et inter volentes contrahere, ut si ignobilis cum nobili, dives cum paupere, honestus cum meretrice contrahere velit, ut cam à peccato reveretur. S. Antonius 3. p. tit. 1. c. 16.

Septimanam causam nonnulli assignant, dum summi Principes contrahunt. Non solum quia prærogativæ aliqua digni sunt; sed & quia corum genus & facta omnibus comperta sunt; nec proinde in ipsius periculum est impedimentum occulti. Præterea vix unquam contrahunt, quia matrimonium ipsorum aliquo prius tempore fit omnibus notum; id estque abique proclamationibus facile innotescere posset impedimentum, siquid subflet.

Quod si matrimonium ultra duos menses (juxta Rituale Romanum) vel ultra quatuor menses (juxta declarationem S. Congregationis, apud Pollevenum & Barbofam) facta proclamationibus differatur, proclamationes arbitrio Episcopi repetenda sunt.

Si denique, factis proclamationibus, taliis unis, omni exceptione major, afterat impedimentum, ipsius unus assertione matrimonium impeditur, donec oppotuit probetur. Et idem est, si impedimentum sit fama communis, cap. super eo de consanguin. & affin. cap. præsterea, & cap. cùm in tua de sponsal. ubi etiam dicitur, admittendum non esti juramentum à parentibus oblatum in contrarium. Quia parentes in eo tandem suscipiunt, quoniam probationes in contrarium non proferunt.

Quicumque absque dispensatione, aut causa legitima (v.g. dum gravis & aptera angustias urget, nec per temporis angustias adiut Episcopus potest, ut dum vir, in præsenti moris periculo, vult ducere feminam, ut proles ex ea lufetetur, legitima reddatur, vel stuprator virginis (antiquitate Judicis) eam castitatem matrimonium contrahere compellitur, ad abolendum ipsius infamiam) nullis præmissis denuntiationibus, matrimonium contrahit, mortaliter delinqvit contra Ecclesiæ præceptum in re gravi. Ita S. Antonius 3. p. tit. 1. c. 16. In modo matrimonium sine denuntiationibus validè contrahiri non posse in regno Galliæ, declarat Constitutio Regis Bleensis a. 40. Quod tamen intelligendum est quod effectus Civiles, quamvis in ratione contrahendi & Sacramenti valida sint, ut Regis nomine Clero Gallicano Primarii Ministri Regii responderunt anno 1629.